

EPICEDION DE MOR-

TE ERASMI REINHOLDI

Salveldensis Mathematici, ad virum honestissimum Pa-
trem ipsius Iohannem Reinhold Salveldensem, Scrip-
tum à Iohanne Vuillebrochio Dantiscano, E-
rasmi auditore, In Academia Vite-
bergenfis

1553



Qum natura novi primordia sumeret cū,
Cūctaq; de nihilo corpora facta foret,
En homo præ reliquis præstans animan-
tibus vnus

Viva creatoris, factus imago fuit.

Solus erat, sapiens usum qui mentis haberet,

Ac animi posset promere sensa sui:

Tum Deus, omnis in hoc opere est mihi parta volu-

Hoc placet, hic nostri fomes amoris erit. (ptas,

Sed tamen humanas id, ait, cognoscere mentes.

Ardorisq; mei signa tenere decet.

Dixit, & inseruit mites in pectora storgas.

Inde pijs tantus cordibus extat amor,

Curaq; sollicitos reddens de prole parentes: (est:

Quæ venerande senex nunc quoq; causa tibi

Tristia quod defles defuncti funera nati,

Quo tua ceu baculo fulta senecta fuit.

Forfitan & vellens canos de vertice crines,

Pressisti gelidam puluerulentus humum.

Aut certè mæstis implesti luctibus ædes,

Fluxit & in ruptos lacryma multa sinus.

Grata Deo pietas, teq; haud indigna parente est

Mœrentem sobolis fata dolere tuæ.

Si quis & hic honor est, hoc gnatus dignus ho-

Ingenium studijs utile cuius erat. (nore est,

Artibus